



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Consid. de regularum observatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

go non & tu obedientiam fallere nesciam pro duce itineris  
ad perfectionem & cœlum assumis?

10. Si in omnibus actionibus appareret Angelus, & quid,  
ac quo modo agendum, aut omittendum sit, dictaret, quām  
felicem te putas? atqui certior es de voluntate Dei, si su-  
perior præcipiat, cur ergo non beatum te putas, quod eum  
sequi & audire possis?

11. Si in fide suspectus censeretur, qui auream tantum  
crucem adorare veller; cur non & tu suspectam habeas obe-  
dientiam tuam, si doctos tantum, & virtuti deditos superio-  
res colere, illisque obédire velis?

12. Si iter asperum acturus mavis equo, quām pedibus  
incedere, cur non & alienis magis pedibus, id est, judicio &  
voluntate Superioris nixus iter salutis difficillimum perage-  
re cupis?

## CONSIDERATIO.

## DE REGULARUM OBSERVATIONE.

1. Si milites suas leges ( die Articul Brieff ) etiam sub pœ-  
na capitis observare coguntur: an tu, qui militem  
Christi te profiteris, regulas tuas minori cum diligentia ob-  
servabis?

2. Si Artifices pretiosum opus facturi, gaudent bonam  
libi Ideam aut Protopypon offerri; cur tu Christum expre-  
sus non gaudeas, quod perfectissima illius Idea aut Forma  
(ein Modl ) per regulas tuas tibi offeratur? cur ergo ani-  
mum tuum amore Christi liquefactum non totum transfun-  
dis in hanc formam?

3. Si servus, qui super pauca fuit fidelis, super multa con-  
stitui meruit; an non & tu multa & magna sperare præmia  
poteris, si paucas regulas tuas fideliter custodiveris?

4. An non felices se æstimarent Discipuli examen subi-  
turi, si quæstiones in eo proponendas prius nōsset? an non  
toto animi conatu ad eas optimè resolvendas se præpara-  
rent? cur ergo non & tu summam in regulis observandis  
adhibes diligentiam, cùm scias, de his potissimum te in ex-  
tremo judicio rationem redditurum?

5. Si Superiorum insigni sanctitate, prudentia, & suavi-  
tate prædictum omnes subditi amant, & reverentur; cur tu non  
similem amorem & observantiam Regulis tuis exhibe-  
studes,

studes, quæ summam sanctitatem, prudentiam, ac suavitem continentem voluntatem Dei æquè ac superior indi-  
caunt?

6. Si Actor in Comœdia omnes regulas à Comico datus  
tam diligenter observat, ut paucis hominibus placeat curia,  
ut Deo & Angelis jucundum spectaculum exhibeas, non per-  
inde singularem omnium regularum à Fundatore tuo reli-  
starum rationem habeas?

7. Si ad Patriam proficiisci velles, & multi, qui ad eam si-  
liciter pervenissent, vestigia certa tibi reliquistent, an nos  
libenter ea, & promptè calcares? cur ergo vestigia Reguli  
à tot, tamque Sanctis viris impressa non sequeris.

8. Si Deus digito tibi viam ad cœlum monstraret, an nos  
beatum te diceres? an à tali via vel latum unguem decli-  
nates? cur ergo à Regulis eius tam facile discedis? an non  
hæ sunt digitus Dei, ut olim Pontifex quidam de Regulis  
Societatis JESV dixit?

### CONSIDERATIO DE AMORE DEI.

1. **S**i ideo amas, ut bene per amorem sit tibi, cur amas?  
Squa hoc ipso quod ames, miser eris? cur non potius a-  
mas illum, qui etiam inter ipsas vitæ miseras faciet te bo-  
num, & olim sui fruitione beatum? cur amas bonum,  
quod indiget bono, & non potius, quod affluit boni? cur  
oculis pulchrius, & palato jucundius quæris, & non perinde  
quod voluntati est melius?

2. Triangularis figura non potest à globo impleri; quo-  
modo tu sperare audes, cor tuum triangulare ad SS. Trinitatis  
imaginem factum, à rotundo mundo satiatum iri?

3. Si amantibus Deum supplicia essent proposita, adhuc  
tamen toto corde amare Deum deberemus ob infinitam ejus  
bonitatem, & tantum erga nos amorem; quām stultum erit,  
nunc eum non amare, quando non amantibus æterna sup-  
plicia, & amantibus æterna gaudia sunt proposita?

4. Si hodie tibi daretur facultas, ut in Angelicam natu-  
ram transire posses, cum gaudio conditionem acceptares;  
cur ergo non potius per amorem in Deum transformari stu-  
des iuxta notum illud S. Augustini: *Sic terram amas, terra  
es: si Deum amas, quid vni, ut dicam, Deus ei.*

5. Deus